Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8181
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dei et ecclesie observaret vitus de confessione co-
munione et auditione misse de honestate
vite et huiusmodi. In quibus parentes maxime
laborare et insistere debent cum filii adhuc
sunt in iuvenili etate et tenera in qua
flexibiles docibiles et corrigibiles sunt et
hoc tam doctrina verborum quam exemplo operum
et disciplina correctione ¶ Et si in hoc nota-
bilem omiserit negligentia non curando
vel negligendo talia mortaliter peccat. alias
vero venialiter ¶ Si uxori verba contume-
liosa dixerit scilicet vocando scortum vel huiusmodi
vel verberando aspere sine causa rationabi-
li quod mortale est. potest tamen vir mulieri bene
satis dure et aspere loqui si viderit expe-
dire ¶ Si uxor contendit cum viro illi-
cite nolens obedire et ex hoc provocans eum
ad blasphemandum deum vel sanctos vel ad aliud
magnum inconveniens mortale est quia occasio-
nem dedit ad huiusmodi ¶ Si vir permittit uxo-
rem plurimas vanitates facere que provocant
ad lasciviam ut ornatus fastos fatuos ac
turpitudinis cantus facere vel similia quod
mortale videtur ¶ Si vero non fit multus ex-

60